



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio quarta. Vtrum corpora bonorum sint futura impassibilia per aliquam formam sibi inexistentem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. IIII. Distinctio. XLIII.

sus resurrexit in perfecta quantitate quam habuit in etate iuuenili, que circa triginta annos incipit, ut Aug. dicit, ergo si ali in simili etate resurgent & in quantitate tali quam habuerunt, aut habuissent si ad illam etatem peruerissent, & non incidisset error naturae, non tamquam propter hoc eit intelligendum quod post resurrectionem omnes sint futuri eiusdem quantitatis: quia non omnes in etate iuuenili perueniunt ad eandem quantitatem etiam naturae non errante, sed quidam ad minorem, quidam vero ad maiorem secundum diversitatem humidi extensisibilis per calidum, & calidi extensisibilis humidum.

7 Quicquid sit de conclusione, auctoritas tamen Apostoli non loquitur de omnibus resurgentibus, sed solum de sanctis, quod pater per id quod praeedit in dicta auctoritate. Dicatur enim ibi sic: Ipsi dedit quodlibet Apostolos, quosdam Prophetas, & subiungens, ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi donec occurramus omnes in unitate fidei & agnitionis filii Dei in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi. Ex quo videtur quod illud dictum Apostoli quo dicit: Donec occurramus omnes, &c. non sit intelligendum de omnibus vniuersaliter, quia dicit in unitate fidei, nec omnes autem habent fidem. Item nec intelligitur de omnibus fidelibus, sed de praefinitis, & electis: dicit enim ad consummationem sanctorum, igitur ex predicta auctoritate non habetur nisi quod sancti resurgent in perfecta quantitate sicut & Christus, quod omnes concedunt.

8 De deformitatibus autem contingentibus secundo modo & tertio modo dicunt quidam quod huiusmodi deformitates tollentur non solum ab electis, sed etiam a damnatis, quod probant sic: Effectus non deficit a sua integritate & debita perfectione nisi propter debilitatem virtutis actuorum, vel propter indispositionem materiae, sed resurget fieri virtute diuina cui subest quando voluerit, & quicquid voluerit posse, nec respectu eius potest esse alii, quia inpositio materiae quam non posset pro libito tollere, ergo omnes resurgent resurgent quia membrorum debita dispositio & integritate. Et confirmatur, quia non minus faciet virtus diuina in finali reparatione humana naturae quantum ad ea qua ad natum pertinent quam fecerit in prima institutione naturae: si enim Dei perfecta fuerunt opera in principio (vt dicitur Gen. i.) fortior ratione debent esse perfecta in fine quantum ad ea que ad naturam praecise pertinet, sed in prima institutione naturae creavit Deus homines in predicta integritate, ergo in resurrectione reparabit eos in consimili: & ista rationes tendunt ad hoc quod omnes tam boni quam mali resurgent sine villa deformitate ex quacunq; causa continentie, & de bonis, vt supra dictum est, omnes hoc concidunt. Et idem dicit beatus Aug. in Enchiridio, 42. cap. vbi dicit sic: Resurgent sanctorum corpora sine villo virtio, sine villa deformitate sicut sine villa corruptione. Sed de rebus dimittit sub dubio in, 44. capite dicens: utrum sane damnati resurgent cum virtutis & deformitate corporum ex quacunq; causa contingit quid opus est laborare ille inquirendo? neque enim fatigare nos debet incerta habitudo eorum, quorum erit certa & sempiterna damnatio, hoc Augustinus.

9 Qui vellet tenere quod reprobri resurgent cum deformitatibus quas hic habuerunt, maximem cum illis quas habuerunt a nativitate, posset respodere ad rationes aliorum. Ad primam cum dicitur quod secessus non deficit a sua in regitate & perfectione nisi propter debilitatem virtutis actuorum, vel propter indispositionem materiae: dicendum est quod licet haec propositio posset concedi, de agente ex necessitate naturae, tamen non est vera de agente per liberam voluntatem: tale enim agens non facit quantum potest, sed quantum, & quale vult, & congruit sibi propter quod agit. Deus autem licet agat liberè in omni opere circa creaturas, tamen aliud decuit fieri in opere creationis, & aliud in opere resurrectionis propter alium finem ad quem ordinatur unius opus & aliud. Opus enim creationis per quod sunt natura instituta ordinabatur ad hoc, quod per creaturas a Deo immediate factas, alia propagaretur: & quia imperfecta sumunt originem, a perfectis, ideo decuit quod omnes res a Deo immediate creatae essent perfecte in esse

Quæstio IIII.

397

naturae, opus autem resurrectionis ordinatur ad remunerationem bonorum & ad punitionem malorum, & huic fini congruit quod in bonis sit perfectio naturae & gloria quantum ad corpus & quantum ad animam, congruit etiam quod mali qui resurgent ad penam resurgent, cum omnino approbatoria conditione quam habuerunt in praesenti vita, ut impleatur propheta Danielis prius allegata, quod ipse resurgent in opprobrium ut videant semper. Haec autem deformitates cum quibus resurgent reprobi, erunt conditio[n]es naturae, ut prius hic habita, & non insinuant a Deo, ut pena peccatorum, quia multi magni peccatores qui non habuerunt in praesenti seculo tales deformitates, non habebunt eas post resurrectionem, sed soli illi reprobi qui eas hic habuerunt. Per idem pater resp[on]sio ad confirmationem prioris rationis. Ad rationes principales.

10 AD primam dicendum est quod cicatrices fuerunt in Christo resurgent ex speciali dispensatione, ut per eas ostenderetur identitas Christi resurgentis: non sic autem erunt in aliis, vel si sint in martyribus, hoc erit ad ostendendum titulum martyrii, & non ad deformitatem, si qua fuit prius, sed sic aprobatur virtute diuina, ut sufficienter insinuant titulum martyrii, & tamen nihil continet bunt dedecoris.

11 Ad secundam dicendum quod pena insiguntur secundum conditionem fori, & ideo pena que in hoc ius dicio temporali insiguntur pro aliquo peccato sunt temporales, nec se extendunt ultra vitam terminum: punientur ergo damnati pro peccatis hic non dimisissis, sed non per penam hic inflata, sed per aliam grauiorem secundum quod exiget rigor diuini iudicii.

12 Tertium argumentum facit pro illis qui dicunt quod damnati resurgent cum deformitatibus quas hic habuerunt, quorum opinio videtur satis probabilis. Argumentum alterius partis solutum est per ea quae dicta sunt in corpore solutionis questionis.

QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum corpora bonorum sint futura impassibilita per aliquam formam sibi inexistentem.

D Einde queritur de conditione corporum gloriosorum. Et primo de dote impassibilitatis, vtrum corpora bonorum sint futura impassibilita per aliquam formam sibi inexistentem. Et videtur quod sic, quia gloria corporis corresp[on]det gloria anima, sed gloria anima est per aliquam formam sibi inherenter, ergo & gloria corporis. Impassibilitas, & ceteræ doles. Major de se pater. Minor declaratur, quia tam visio quam fructus sunt per alias formas inherentes anima, & per ipsas operationes manentes in operante, & per lumen glorie & charitatem medianibus quibus predictæ operationes elicuntur.

2 Item perfectior est impassibilitas corporum gloriosorum quam fuisset impassibilitas tempore innocentie, sed impassibilitas status innocentie fuit per aliquam formam inherenter, ergo impassibilitas corporum in statu gloriae erit per aliquam formam inherenter. Minor probatur, quia impassibilitas status innocentie fuit per iustitiam originalem que fuit (vt videtur) aliquis habitus vel aliqua forma positus.

3 Item, verior est potentia qua aliquid potest non pati, quam potentia qua aliquid potest pati, ut patet ex. 5. mera. sed potentia qua aliquid potest pati est aliquid positum inherens, ergo fortior ratione potentia qua aliquid potest non pati: sed corpora gloriosi si futura sint impassibili, hoc erit per potentiam qua possunt non pati, ergo illa erit aliquid positum & inherens.

4 Item sicut bonis hominibus promittitur æqualitas angelorum quo ad animam, iuxta illud quod dicitur Mat. 22. Erunt sicut angelii Dei in celis, sic eisdem promittitur quo ad corpus æqualitas vel similitudo cum corporibus celestibus, iuxta illud quod dicitur Mat. 13. Fulgebunt iusti sicut fulgi in regno patris eorum, sed impassibilitas corporum celestium est per aliquam formam eis inherenter, ex eo quod forma terminat totum appetitum materie, ergo & impassibilitas corporum gloriosorum erit per alias formas eis inherenter.

DDD 5 IN

Magistri Durandi de

5 IN contrarium agitur, quia effectus priuationis nō requirit nisi caudam priuationis, sed esse impasibile est quidam effectus priuationis, ergo nō requirit nisi causam priuationis: non oportet igitur quod corpora gloria sunt impasibilia per aliquam formam eis inherentem.

6 Item autem possunt scire quantum ignis sit calidus, aut non: si dicatur quod non, contra quia video in imperfectionis quod sensus non cognoscit in patria quod cognoscit in via, oportet ergo quod factus bonorum immutetur, vel posit immutari a calore ignis secundum suam excellentiam, quod non potest esse sine vera passione.

7 RESPONSO. Cum passibilis & passio sibi correspondant, ut potentia & actus, sicut passio dicitur multiplicantur, ita & passibilis: accipitur autem passio uno modo lagè pro receptione formæ quantumcumque conuenientis naturæ rei. Alio modo sumitur strictè pro amissione formæ conuenientis secundum naturam, & pro receptione formæ disconuenientis & contrarie secundi natu-

ram. Et simili modo passibilitas dicitur dupliciter, scilicet pro potentia suscepit prima passionis, aut secundum.

Loquendo de passione vel passibilitate primo modo dicit corpora sanctorum non erunt in passibili post resurrectiōnem, quia in corporibus glorificatis erit vius sensuum, sed talis non potest fieri sine receptione speciei sensibilis, vel actus sentiendi, ergo in beatis erit passio quae est receptio formæ conuenientis. Secundum quia corpora gloria sunt assimilabunt corporibus celestibus que sunt incorruptibilia per naturam, sed corporibus celestibus non repugnat passio quae est receptio formæ conuenientis perficiens, sicut videmus de luna quae illuminatur a Sole & certis Planetis, & stellis, ut innuitur in libris de proprietatibus elementorum, ergo corporibus gloriis non repugnat passio quae est receptio formæ conuenientis. Si autem loquamur de passione & passibilitate quae attendit secundum abiectionem formæ conuenientis & receptionem disconuenientis, sic questionis proposita difficultatem habet quo ad conclusionem, si considerer natura rei, & quo ad modum, si inquiratur ratio talis passibilitatis.

8 Procedetur ergo sic in questione, quia primò inquitur per quid aliquid est passibile passione propriè dicta & ex hoc videbitur quomodo aliquid posse dici impassibile eo quod priuato cognoscitur per habitum: passibile autem & impassibile opponuntur priuationi quantum ad illa quae per nomina formaliter importatur. Secundò applicabitur ad propositum, an corpora gloria sunt impassibilia, & per quid, utrum per formam inherenter, an solum per naturam extrinsecam impedientem passionem.

9 Quantum ad primum sciendum est quod ex hoc dicatur aliquid passibile propriè (ut nunc loquimur) quia potest transmutari à dispositione sibi conuenienti secundum naturam ad dispositionem innaturalem vel contraria naturam, posse autem transmutari conuenit alicui per solum principium passuum vel per potentiam passuum, sicut patet per distinctionem potentie passuum quae datur quinta meta. scilicet quod potest passua est principium transmutandi ab altero, ergo esse passibile conuenit alicui solum per potentiam passuum, hac autem potentia passua non est potentia solius materiae: quia illud quod indifferenter se habet ad omnem formam, nec una est magis ipsi essentialis quam altera non est principium per quod aliquid sit passibile passione propriè dicta, sed materia quantum est de se indifferenter se habet ad omnem formam, nec una est magis ipsi conaturalis, quam alia, ergo materia quantum est de se non est principium passionis propriè dicta. Maior declaratur, quia nos loquimur de passione per quam abicitur forma conuenientis nature, & inducitur disconueniens: & ideo quod indifferenter se habet ad omnem formam, ita quod una non est magis conueniens ipsi quam altera non potest esse causa talis passibilitatis, vel passionis. Minor similiter manifesta est, quia materia prima de se non determinat sibi aliquam formam substantiam sed indifferenter se habet ad omnes, & per consequens non determinat sibi aliquam formam accidentalē: cum determinatio formarum accidentiarum sit ratione substantiarum, quare &c.

10 Restat ergo quod illud principium sit compositum ex materia & forma, cui ratione formæ conueniens est aliqua

Sancto Porciano

qualitas, alia vero disconueniens, & tamen quia est in potentia ad vitram, potest transmutari de qualitate conueniente ad disconuenientem, & sic vere pati. & sic patet à quo aliquid dicitur passibile passione propriè dicta, quia à potentia passiva qua aliquid est receptum dispositionum diversarum quarum una est conueniens naturæ, alia vero disconueniens. Impassibile autem potest aliquid dici dupliciter, vel propriè & simpliciter, scilicet per priuationem principii passivi, vel largè per solum impedimentum actus, lis passionis. Et primum quidem impassibile dicitur impassibile, simpliciter & absolute, quia negat omnem passibiliatem. Secundum autem non dicitur impassibile simpliciter & absolute, cum non neget omnem passibilitatem, sed loquatur ex suppositione: quia itante impedimento verum est dicere quod talis non potest pati, sicut in actibus dicitur quod Sortes dum currit non potest non currere, licet absolutus non possit non currere. Et sic patet primum.

11 Secundò est inquirendū, an corpora gloria sunt in passibili passione propriè dicta, ut patet ex dictis, quod si sint impassibilia hoc erit vel per priuationem principii passivi, vel per impedimentum passionis. Primo modo dixerunt aliqui quod corpora gloria erunt in passibili: quia in eis non erunt passibiles qualitates elementorum actus & passus, que sunt in corporibus multis causa actionis & passionis. Credebat enim quod post resurrectionem corpora humana essent mixta ex elementis manentibus in eis secundum substantias suas & non secundum qualitates actus & passus, sed illud non est verum. Primo, quantum ad hoc quod dicit, quod elementa manent quatum ad duas substantias in quocunque mixto, quia qualiter pars mixta est mixta, ut habetur, ut de generatione: si ergo elementa manent in mixto secundum formas suas substantiales, sequeretur quod in qualibet parte materia mixta esset forma cuiuslibet elementi, quod est impossibile, cum plures formæ substanciales specificæ sint incompatibilis in eadem parte materiae. Secundò deficit hæc opinio in eo quod dicit quod qualitates elementorum non remaneant in corporibus gloriis, quia gloria non tollit ea quae sunt de perfectione naturæ, sed qualitates elementorum sunt de perfectione mixti saltus accidendi, ergo non tolluntur in gloria vel per gloriam. Tertiò deficit in hoc quod ponit quod qualitates elementares in mixto sunt causa actionis & passionis, eo quod agant in se inutilem, si tamen enim non est verum, sicut probat fuit prius, & ideo de hoc modo nihil plus dicetur. Item elementa manebunt secundum suas qualitates, tamen non alterabuntur, nec patientur mutationem alterum ab altero: quia cum post resurrectionem cesset motus corporis, oportet quod illud quod semel ab altero patetur, semper ab illo patetur, & sic procedente passione finaliter sequeretur corruptio, quod non est verum, ergo impassibilis elementorum, & fortiori ratione corporum resurgentium non erit propter carensiam qualitatum elementarium. Quartò, quia dato quod omnia haec essent vera, non sufficiunt tamen ad propositum ostendendum, quia ex hoc solo dicitur aliquid passibile, quia habet principium passuum quo potest transmutari de qualitate conueniente secundum naturam ad disconuenientem: sed dato quod in mixto non essent qualitates elementares esset tamē ibi subiectum susceptibile carum, ergo ad huc est passibile passione illata ab extrinseco.

12 Restat ergo quod corpora gloria non erunt in passibili simpliciter & absolute per priuationem principii passivi, cum natura corporum gloriis futura eadem que prius, sed erunt impassibilia, per aliquid praeterea impedimentum actualis passionis ne fat.

13 Quid autem sit illud, utrum sit aliqua forma inherens, an soli virtus diuina assitens, duplex est opinio. Dicunt enim quidam quod talis impassibilitas erit per aliquam formam inexistentem. Quod probatur primum, quia alia non possunt super corpus habere aliquid dominum nunc aliud quod prius, nisi corpus sit mutatum, sed anima post resurrectionem habebit super corpus perfectum dominum, ita ut in corpore nihil possit accidere præter voluntate anime, alioquin anima non esset perfecta beata, ergo corpus erit mutatum sed mutatio terminatur ad aliquam formam, ergo corpus gloriis redditur impassibile per aliquam formam quam habebit. Secundò probatur per autoritatem Aug.

ad

ad Dystorum, qui dicit quod in corporibus erit perpetua sanitas, & incorruptionis vigor, sed sanitas est per aliquam formam inherenter, ergo & vigor & impasibilis erunt per aliquam formam resistentem actioni cuiuscumque contrarii, sicut durum suo modo resistit diuident.

In 2. d. 19.
g. 2. in 20.
4. 4. 9. 20.

14. Alius modus est, qnōd impasibilitas corporū glos-
riorum non erit per aliquam formam inherenter, sed so-
lum per virtutem diuinam assistentem beatis ad nutrum, &
prohibentem actionē cuiuscumque extrinseci inferēti pas-
sionem. Et cōfiratur hēc positiō tripli ratione. Prima
est, quia sicut statui bonorum repugnat passio contra na-
turam, sic etiā motus localis contra voluntatem; vtrungq
enim horum importat violentiam & disponentiam in cognoscitibus. Sed q̄ corpora beata non possint moueri ab
aliquo contra voluntatem, non conuenit eis per aliquam vir-
tutem inherenter, sed solum per diuinam virtutem eis
assistentem, ergo idem sentiendum est de passione quę est
contra naturam. Probatio minoris: si enim inesse corporib
beatis per aliquam virtutem intrinsecam, quod nō
possint ab alio moueri contra voluntatem, oportet quod
in quolibet beato ester tanta virtus in resistendo, quanta
est in quocumq; alio in implendo. Illud autem non est
verum, quia secundum hoc oportet in minimo beato
ad hoc quod non possit moueri contra voluntatem esse
tanquam virtutem, quanta est in quocumq; homine, vel an-
gelo; alioquin si non est tanta, possit moueri contra vo-
luntatem ab aliis: ponere autem in minimo beatorum
æqualem virtutem cum omnibus aliis tam hominibus
quam angelis est inconveniens, quum angeli secundum
naturam excedant homines, & secundum gloriam sint
gradus tam in hominibus, quam in angelis.

15. Secunda ratio talis est, pasibilitas proprię dicta, &
corruptibilitas sibi inuicem correspondent, ergo impasibili-
tas & corruptibilitas, sed incorruptibilitas honorū
non erit per aliquam formam inherenter (vt probabitur) er-
go nec impasibilitas. Probatio minoris: effectus comu-
nis requirit causam communem, sed incorruptibilitas post
resurrectionē erit communis bonis & malis, ergo eis inerit
per causam communem, sed in malis incorruptibilitas non
inerit per aliquam formam inherenter, ergo nec in bonis.
Quod autem incorruptibilitas nō sit in malis per formā
inherenter, pater ex dictis aliorum qui tenent prece-
dem opinionem. Hoc enim exp̄lē concedunt & per ra-
tionem, quia quum passio proprię dicta sit via ad corrup-
tionem (vt patet ex. 2. de generatione) si aliqua forma pro-
hiberet corruptionē in damnatis, prohiberet etiā passio-
nem in eis, quia ad vtrungq; se extēdit virtus eius, nec age-
ret liberē ut vnum prohiberet, alterum vero permitteret.
Cūm igitur in damnatorū corporibus non prohibetur
passio proprię dicta, pater q̄ non prohibetur corruptibili-
tas per aliquam formam inherenter. Tertiō patet idem per
Aug. in epistola ad Confentiū, ubi dicit sic. Sicut ab igne
fornaci Chaldeorum abstulit Deus virtutē comburendi
quantum ad aliquid, quia scilicet corpora puerorum
illarū seruata sunt, sed manūt quātum ad aliquid, scilicet
qui illi ignis cōburebat ligna, ita auferet ab humoribus
corporum corruptionē, & dimitteret naturam modo prēdi-
cto impidente excellum actionis, & pr̄seruando ab omni
nocuo & extrinseco. Ex quo patet quod in tertio Aug.
est quod impasibilitas & incorruptibilitas erunt in cor-
poribus honorum, per hoc quod virtus diuinam beatis as-
sistens prohibet actionem cuiuscumque extrinseci inferē-
ti passiōnem vel corruptionem: & secundū hanc opinio-
nem potest responderi ad rationes ante oppositas.

16. AD primam cum dicitur quod gloria corporis cor-
respondet gloriæ animæ: dicendum q̄ verum est quantū
ad hoc quod corpus glorificabitur prout est anima con-
ueniens pro statu illo quo corpus perficietur ab anima be-
ata, sed non oportet quod perfectione animæ, & corporis
correspondat sibi quo ad numerum vel quo ad modum,
sed perficietur vnumquodq; secundum quod congruit sua
naturæ. Naturæ autē animæ quae est de se incorruptibilis
& impasibilis non congruit q̄ perficiatur per ablationē
talium, vel consimilium defectuum, quia natura sua caret
talibus defectibus, sed perficietur collatione donorum su-
pernaturalium: corpus autem quod natura sua subiaceat
corruptioni & pasibilitati indiget perfici ablatione isto-

rum defectuum, & quia hoc solum potest fieri per solam
virtutem diuinam assistente beatis ad votum, ideo non
oportet quod fiat per formam inherenter.

17. Ad secundam dicendum q̄ impasibilitas status in
nocentia non erat per aliquam formam inherenter, quia iu-
stitia originalis de qua argubatur, si erat aliqua forma
inherens erat rectificatio voluntatis ad deū, que non perfic-
cit corpus, vel erat obedientia virtutum sensituarū ad ratio-
nem per quam non appetet quomodo ex hoc redideretur
corpus impasibile; pr̄seruabatur ergo homo in statu in-
nocentia, quia pr̄dictus erat, per quā cauere poterat a no-
uis, partim verō per diuinā prouidentiā prohibentem,
ne ex improviso aliquod nocuum hominem laderet.

In 2. d.
19. q. 2.

18. Ad tertiam dicendi quod nobilior est potentia qua
aliquid potest non pati, quā illa quā aliquid potest pati, &
vraeḡ est aliquid positivum inherens si sumantur propor-
tionabiliter: quia sicut potentia qua aliquid potest pati est
potentia qua aliquid potest transmutari à dispositione cō-
uenienti secundum naturam in dispositionē contrariam,
sic potentia qua aliquid potest non pati sit per priuatio-
nem potentiae passiū est aliquid positiū & nobilis po-
tentia passiū, non quantum ad formalē rationem priua-
tionis, sed quantum ad fundamentum quod vocamus po-
tentiam non patiendi: sicut dicimus angelum immortalē,
vel impasibilem, quia est talis natura, quae non habet in
se potentiam passiū, per quā possit sic transmutari, nec
talem potentiam secum compatitur: nec dubiū est quod
natura angelis est positiva & potētior seu perfectior quam
que potentia passiū. Sed illo modo corpora gloriofa nō
erūt impasibilea, s. per priuationem principii passiū, sed
solum per impedimentum passionis, ne actualiter infera-
tur, & adhuc illud impediens erit nobilis quā sit poten-
tia passiū in corporibus, sed non oportet quod sit in hæ-
rens: quia passio impedit potest non solum per indisposi-
tionem patientis, sed per omne extrinsecum, quod po-
test resistere agenti, vel suspendere eius actionem.

19. Ad quartam dicendum quod corpora gloriofa as-
similabuntur celestibus corporibus in incorruptione &
impasibilitate quo ad effectum, sed non quo ad causam
illius effectus, quia in corporibus celestibus est incorrup-
tibilitas & impasibilitas per naturam, in aliis autem erit
per gratiam: & ideo impasibilitas & incorruptibilitas
corporum celestium inest eis ex eo quod natura eorum
caret principiis corruptibilitatis & passibilitatis, sed cor-
pora gloriofa nō sic erunt impasibilea, sed solum per im-
pedimentum actualis passionis, quod non oportebit esse
per aliquam formam, vel naturam in eis existentem sub-
iectiuē, quia totum poterit fieri per solam diuinam pro-
videntiam eis continuo assistenter.

20. Tenendo hanc opinionē potest responderi ad ratio-
nes opinionis oppositę. Ad primam quā dicitur, q̄ corpus
post resurrectionem erit subiectū animæ nūc aliter quam
prius, verum est, sed non oportet quod sit per nouam for-
man inherenter, sed sufficit quod fiat per diuinam pro-
videntiam assistenter, que prohibebit quod ea que imme-
rit corpus ad corruptionem non fiant tunc, sicut nūc, &
ita aliter se habebit corpus ad animam tunc quam nūc.

21. Ad secundum dicendum, illa perpetua sanitas & vi-
gor in corporibus resurgentibus poterit esse per solā pro-
hibitionem vel impedimentum cuiuscumque extrinseci cor-
ruptionis, vel passionem inferentis.

22. Secundum vtrungq; opinionem oportet responderi
ad duo argumenta in oppositum facta in arguendo prin-
cipaliter ad quād: quia vnum eorum probat q̄ corpora
gloriofa non erunt impasibilia passione proprię dicta.
Aliud vero probat quod dato q̄ sint impasibilia, illud tā
men nō erit per aliquam causam positiū, nec inherenter,
vel assistenter, quorum vtrungq; negatur à qualibet dicta
rum opinionum. Videndum ergo ad primū quum dicitur
quod effectus priuationis non requirit causam positiū,
verum est formalē, immo nullam talem habet, sed necessaria
rum est quod habeat causam positiū, tam efficientem
quam fundamentalē: nunquam enim aliquid habet ratio-
nem causæ nisi sit positiū, sed causa positiū insuit in
effectum positiū, & sic causat ipsum, sed effectum priuati-
um nō causat influendo directe, sed per subtractionem
influen-

Magistri Durandi de

influentia propria, ut esset deo si res annihilaret, & de nauta si inter pericula maris nauem non regerer, vel impediendo influentia alterius, sicut obstatum possum in fenestra causat tenebras impediendo illuminationem solidis, & eodem modo interposita terra inter solem & lunam causatur eclipsis, similiter impossibilitas non potest alicui conuenire nisi per naturam ad quam sequitur priuatione principiorum mediantibus quibus inest alicui passibilis, vel per naturam impedientem passionem que ab aliis posset inferri, & vtrummodo impossibilitas est a causa positiva vel inhaerente vel assistente.

23 Ad secundum dicendum quod boni nunquam scient per experientiam in se quid est malum, nec hoc pertinet ad imperfectionem, alioquin Deus esset valde imperfectus, qui nunquam sciuit malum per experientiam in seipso: experientia enim quatenus importat cognitionem pertinet ad perfectionem, & sic est in Deo, & sic erit in beatis, sed quarenus importat passionem non erit in eis, &c.

QVÆSTIO QUINTA.

Vtrum per aliquam formam sibi inhaerentem corpus gloriosum possit simul esse cum alio corpore gloriofo vel non gloriofo.

Secundum queritur de dote subtilitatis, vtrum per aliquam formam sibi inhaerentem corpus gloriosum possit simul esse cum alio corpore gloriofo vel non gloriofo. Et arguitur quod sic, quia dos subtilitatis quam habebit corpus gloriosum esset aliquis actus proprius, sed ille actus non potest esse alius nisi penetrare & esse simul cum alio corpore, ergo &c. Et confirmatur, quia si corpus gloriosum per dotem subtilitatis non posset esse simul cum alio corpore, sed solum per miraculum diuinam virtutem, sequeretur quod in eis subtilitas esset frustra: quia Deus potest per miraculum facere quod corpus non gloriosum sit simul cum alio corpore.

2 Item quod competit alicui corpori per naturam potest competere corpori gloriofo per dotem gloriae, sed alicui corpori coenit per naturam esse simul cum alio corpore, ergo &c. Probatio minoris, quia ferrum ignoratur non solum in superficie, sed etiam in profundo, ita quod non est scorsum signare ignem sine ferro, & ferrum sine igne, sed oportet ferrum & ignem esse simul, quod patet per operationem: habet enim igne aliud approximatum, & similius panis & viuum videtur simul esse quando panis est totaliter inbibitus viu.

3 Item corpus quod non potest esse simul cum alio corpore, potest in motu suo impediti per aliquod corpus, sed ad conditionem bonorum pertinet quod non possint in motu suo impediti, alioquin posset eis accidere aliquid triste, ergo corpora gloriosa eo ipso quod sunt gloriofa, possint simul esse cum alio corpore.

4 IN contrarium arguitur, quia sicut se habent duo accidentia numero differentia ad idem subiectum, sic videtur se habere duo corpora ad eundem locum, sed nulla virtute creata potest fieri quod duo accidentia solo numero differentiatione sint in eodem subiecto, ergo nulla virtute creata potest fieri quod duo corpora sint in eodem loco.

5 RESPONSO. Circa questionem istam videntur sunt duo. Primum est, quid sit subtilitas a qua corpora gloriofa denominabuntur subtilia. Secundum est, an propter subtilitatem sit ibi aliqua forma inhaerens corpori gloriofo, per quam possit corpus gloriosum simul esse in eodem loco cum alio corpore.

6 Quantum ad primum sciendum est quod subtile in corporibus secundum generale rationem nominis opponitur ei quod est esse grossum, & vtrumque istorum reperitur in corporibus tam ratione quantitatis quam ratione qualitatis: ratione enim quantitatis illud dicitur subtile quod est parvum secundum latitudinem & profunditatem, dato quod sit magnum secundum longitudinem. Grossum vero dicitur quod est magnum secundum latitudinem & profunditatem. Ratione vero qualitatis dicitur aliquid subtile, quia est rarum & paruum, vt aer, grossum vero dicitur quod est magnum denum & opacum, vt terra. In subtili autem & grosso quo cunctis istorum modorum accepto hoc est commune quod subtile est facile penetratum alterius, subtile quidem secundum quantitatem propter figuram acutam quam habet si

Sancto Porciano

non sit latum nec profundum, dato quod sit longum, vt stylus vel acus, talis enim figura est diuisua & facile penetrativa. Subtile autem secundum qualitatem est facile penetrativa, propter diuisibilitatem fuerum partium in partes parvas alicorū corporum poros subinterrates, vt aer, aqua & huiusmodi, & propter hanc conditionem subtilitas tractum est ad potentias cognitivas. Ille enim dicitur habere subtilem visum qui penetrare potest ad videndum parva, vel longinquā quae alii non vident, & subtilem intellectum qui penetrat ad cognitionē occultorum: iuxta etiam hunc modum subtilitatis spirituales dicuntur subtiles, quia maximē elongantur a grossitate corporali quae literatū accipiunt, & quia maximē penetrant ad cognoscendum intima rerum.

7 Occasione autem istorū fuerunt duo errores circa subtilitatem corporū gloriofōrum. Vnde quorundam dicent quod post resurrectionem corpus vertetur in spiritum, occasione fumentū ex dicto Apostoli. Cor. 15. Semper corpus animale, surget corpus spirituale. Et hic error primo conuincit ex eo quod forte non est possibile quacunq; virtute corpus conuertere in spiritum. Secundum quia si esset, & sic fieret, tunc homo non resurget, quia homo dicit quid compositum ex anima & corpore & non alterum solum. Nec mortuum corum est insufficiens, quia sicut dicit Apostolus quod corpus resurget spirituale, ita dicit quod seminatur animale, sed nunc corpus non dicitur animale, quia coueretur si animam, ergo nec tunc dicetur spirituale, sed quod versum sit in spiritu.

8 Alius error fuit aitiorū dicentium quod post resurrectionem corpora beatorum erunt subtilia, quia erunt rara ad modum aeris. Quod patet esse errorem, quia talia corpora non sunt palpabili, corpus autem Christi post resurrectionem fuit palpabile, vnde dixit Discipulis: Palpate & videte, &c. Itē veritas humani corporis requirit carnes & ossa quae non copiaruntur talem raritatem. Et ideo hic error damnatus est a Gregorio vt patet moralium.

9 Dicendum est ergo alter, quod post resurrectionem corporis erit plenē subiectum animi vel spiritu. Comparatur autem anima ad corpus tripliciter. Primum quantum ad esse: quia anima est actus & forma corporis. Secundum quantum ad operationes quibus anima viritur corpori subiecto, sicut sunt operationes sensitivæ. Tertium quantum ad motionem localēm, anima autem non solum est actus corporis, sed aliquo modo motor. Primum ergo subiectum corporis ad animam quantum ad esse, pertinet ad dotem impossibilitatis, ratione cuius nihil potest accidere in corpore quod sit via ad separationem corporis ab anima, sed perfecta subiectio corporis ad animam ut ad motorē pertinet ad agilitatem, ut postea dicetur, perfecta vero subiectio eiusdem ad animam quod ad operationes cognitives & appetitives videtur pertinere ad subtilitatem: & hęc subiectio potest intelligi vel quantum ad operationes sensitivæ præcisæ, vt nihil sit in corpore per quod puritas talium operationum impeditur, sicut nunc sit in nobis frequenter propter grossitudinem & impuritatem spirituum deferentium operationibus sensitiuum. Omnis enim impuritas talis segregabitur a corporibus gloriofōrum. Vel potest intelligi talis subiectio propter obedientiam perfectam quia tunc habebit vires sensitivæ ad rationem, quæ obedientia modis non est in nobis quando caro concupiscit aduersus spiritum, & ob hoc corpus nunc dicitur animale, ab animalitate, quia motus animalis magis sunt in nobis secundum impetum sensitivitatis quam secundum dictam rationem: sed tunc dicetur corpus spirituale, quia omnes tales motus erunt plenē subiecti spiritui, quanvis quidam intelligat quod corpus nunc dicatur animale quod indiget cibis, tunc vero spirituale, quia cibis non indigebit, quod quanvis sit verum, hoc ramen magis videtur pertinere ad impossibilitatem & immorabilitatem quam ad subtilitatem.

10 Quocunque autem dictorum modorum accipiatur subtilitas, non videtur necessarium quod dicat aliquam qualitatem supernaturem inhaerentem corporibus gloriofōrum, quia subtilitas, primo modo accepta, scilicet propter operationes sensitivarum potest esse per solam puritatem humorū & spirituum feruentium operationibus sensitivis. Secundo modo accepta potest esse per diuinam prouidentiam assistentem: nec appareat bene quomodo possit esse